è quibus primùm motus proficiscuntur: iustissimè verò omnium, è quibus aliter nihil queat produci, cuiusmodi penes Deum sunt. Immobilia autem, vt in mathematicis, non per se quidem, sed similitudine quadam principia appellantur. Hîc enim ipso principio labefactato, labefieri omnes, quæ ab illo principio fluxere demonstrationes, oportet, cùm ipsæ inter se demonstrationes altera alteram tantisper non euertunt, quantisper illa communis hypothesis, vnde lucem iste suam habent, non euertitur. Homo igitur motus cuiusdam principium est, non actio motus est. Quia verò principium, quemadmodum & in aliis, eorum, quæ per ipsam sunt, fiúntque, causa existit: vt in demonstrationibus, ita hic quoque pensiculare ea conuenit. Nam si habente trigono duos rectos, necessum est tetragonum quatuor rectis constare: manifestum est, quòd trigonus duos rectos habens, causa eius existat. Verùm si quid in trigono mutaris, necessarium est & in tetragono mutes, vt si tres habuerint sex, & si quatuor octo. Sin verò non mutes, vt illud, ita hoc quoque habeat necesse est. id ita necessariò euenire, ex Analyticis patet: verùm impræsentiarum in tantillum neque dicere accuratè, neque non dicere conuenit. Nam si nulla alia triangulo causa est, cur ita habeat, id ipsum principium erit, & causa, qua reliqua adstruantur. Quocirca si quædam sunt eiusmodi, vt etiam contrà habere possint, necessariò etiam principia sunt eiusmodi. Nam ex necessariis nihil, nisi necessarium, concluditur: quæ verò à nobis oriuntur, etiam contrariè euenire possunt. Equidem quæ penes homines sunt, pleraque eius generis comperiuntur, atque ipsi talium etiam principia existunt. Quarum igitur cunque actionum principium & dominus homo constituitur, ea patet fieri, & non fieri posse, & in sua etiam manu esse, quî fiant, vel non fiant: vtputa quorum ipse dominus est, vt vel sint, vel non sint. Quæ verò in ipso sita sunt, vt faciat, vel non faciat, eorum vtiq. causa existit. Quoniam autem virtus, ac vitium, & vtrorúmque effectus, hi quidem laudantur, illi verò vituperantur: vituperantur autem, laudantúrque non quæ à necessitate, vel natura, vel fortuna insunt, sed quorum ipsi causa sumus. Quorũ verò alij causa sunt, eorundem etiam laus, vel nota erit: manifestum virtutem, ac vitium circa eiusmodi versari, quorum causa quisque est, & actionis principium. Quocirca dispiciendum, quorum causa, quarúmque actionum principium homo existat.

A ὅθεν περὶ τοῦ αὐ κινήσεις, κύριαι λέγονται, μάλιστα δὲ δικαίως ἀφ' ὧν μὴ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν ἴσως ὁ θεὸς ἄρχει. ἐν δὲ τοῖς ἀκινήτοις ἀρχαῖς, οὐ ἐν ταῖς μαθηματικαῖς, ἐν ἔστι τὸ κύριον, κατά τε λόγον τινὰ καθ' ὁμοιότητα. καὶ γὰρ ἐνταῦθα κινουμένης τῆς ἀρχῆς, πάντα μάλις' αὐ τὰ δεικνύμενα μεταβάλλοι, αὐτὰ δ' αὐτοῦ μεταβάλλει ἀνιερουμένου θατέρου, ὑπὸ θατέρα, αὖ μὴ τοῦ τοῦ ὑπόθεσιν αἰρεῖν, B καὶ δι' ἐκείνης δεῖξαι. ὁ δ' ἄνθρωπος ἀρχὴ κινήσεώς τινος· ἡ γὰρ πρᾶξις κίνησις. ἐπεὶ δ' ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ ἀρχὴ αἰτία ἐστὶ τοῦ δι' αὐτοῦ ὄντων ἢ γενομένων, δεῖ νοῆσαι καθάπερ ὅπῃ τοῦ ὅπῃ δεῖξαι. εἰ γὰρ ἔχοντος τοῦ τετραγώνου δύο ὀρθὰς, ἀνάγκη τὸ τετράγωνον ἔχειν τέτταρας ὀρθὰς, φανερὸν ὡς αὕτιον τούτου, τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν τὸ τρίγωνον. εἰ δὲ γε μετα- C βάλλει τὸ τρίγωνον, ἀνάγκη καὶ τὸ τετράγωνον μεταβάλλειν· ὅῃ εἰ τρεῖς ἕξ, εἰ δὲ τέτταρες ὀκτὼ, κἂν μὴ μεταβάλλοι. τοιοῦτον δ' ὅδε κἀκεῖνο, τοιοῦτον ἀναγκαῖον εἶ). δῆλον δ' ὁ ἐπιχειρούμενον ὅτι αἰναγκαῖον, ἐν τῷ ἀναλυτικῶν. νῦν δ' οὔτε μὴ λέγειν, οὔτε λέγειν ἀκριβῶς εἴον τε, πλὴν τοσοῦτον. εἰ γὰρ μηθὲν ἄλλο αὖ τοῦ τῷ, τὸ τρίγωνον οὕτως ἔχειν, ἀρχὴ τις αὖ εἶη τοῦτο, καὶ αὖτον ἤδη ὑστέρων. ὥστ' εἴ περ ὅδε ἔνια τῶν ὄντων ἐνδεχόμενα ἐναντίως ἔχειν, ἀνάγκη καὶ ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν εἶ) τοιαῦταις. ἐν γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἀνάγκαῖον τὸ συμβαῖνον ὅδε, τὰ δέ γε ἐντεῦθεν ἐν δέχε) γίνεσθαι τἐναντία, καὶ ὁ ἐφ' αὐτοῖς ὅδε τοῖς ἀνθρώποις πολλὰ τῶν τοιούτων, καὶ ἀρχὰ τῶν τοιούτων εἰσίν. ἅστε ὅσων πρᾶξεων ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ἀρχὴ καὶ κύριος, φανερὸν ὅτι ἐνδέχεται καὶ γίνεσθαι καὶ μὴ γίνεσθαι καὶ ὅτι ἐφ' αὐτῷ D τοῦτ' ὅδε γίνεσθαι καὶ μὴ, ὧν γε κύριός ἐστι τοῦ εἶ) καὶ τὸ μὴ εἶ). ὅσα δ' ἐφ' αὐτῷ ἐστι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν, αὕτιος τούτων οὗτός ἐστι· καὶ ὅσων αὕτιος, ἐφ' αὐτῷ. ἐπεὶ δ' ἡ τε ἀρετὴ καὶ ἡ κακία, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ἔργα, τὰ μὲν ἐπαινετὰ, τὰ δὲ ψεκτὰ, (ψέγεται γὰρ καὶ ἐπαινεῖται οὐ διὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἢ τύχης ἢ φύσεως ὑπάρχοντα, ἀλλ' ὅσων αὐτοὶ αὕτιοί ἐσμεν· ὅσων γὰρ E ἄλλος αὕτιος, ἐκείνους καὶ τὸν ψόγον καὶ τὸ ἐπαινον ἔχει) δῆλον ὅτι καὶ ἀρετὴ, καὶ ἡ κακία περὶ ταῦτ' ἐστὶν, ὧν αὐτὸς αὕτιος καὶ ἀρχὴ πράξεων. λοιπὸν ἄρα ποίων αὐτὸς αὕτιος καὶ ἀρχὴ

Etenim